

DE ORIGIN E  
S. MARIÆ DE AVXILIIS

Purissimè, & immaculatè conceptæ  
VERA, ET ANTIQVA EFFIGIES,  
Quæ summa devotione colitur in Ecclesia  
SS. DEMETRII, ET BONIFACII CONGREG. SOMASCHÆ.  
*Discursus Theologicus*  
AVGVSTINI DE ANGELIS.



*Vera, et antiqua Effigies sanctæ Mariæ  
latè Conceptæ in Aclaria SS. De  
Somaschæ*

*de Auxiliis Purissimè, et Immacu-  
latè Conceptæ in Aclaria SS. De  
Somaschæ Congregationis  
Regni.*

*M. Domini Viro Pio Hieronijmo Clauato  
Status Melphiensis Gubernatori dicata*

NEAP. Apud Hæredes Roberti Molli 1659.  
Superiorum permissu.

BIBLIOTECA NAZ.  
ROMA  
VITTORIO EMANUELE

THE HISTORY OF THE

... ..


... ..

... ..

... ..

... ..

... ..



ILLVSTRISSIMO DOMINO

**HIERONYMO  
CLAVARO**

Patritio Ianuensi Viro Pio, & Forti

**STATVS MELPHIENSIS GVBERNATORI,**

*AVGVSTINVS DE ANGELIS*


CONGREGATIONIS SOMASCHAE SALVTEM.



Eritò in tuas conuolat ma-  
nus libellus iste meus de  
Origine S. Mariæ de Auxi-  
liis purissimè, & immacu-  
latè Conceptæ; noui enim  
nihil Tibi posse in hac vi-  
ta iucundiùs accidere, quàm de Sanctitate, &  
Puritate Marianæ Conceptionis Viros do-  
ctissimos diserentes audire, vnaq; cum ip-  
sis

si s longissimos ea de re miscere sermones,  
in quibus vel noctes quieti subtractas insu-  
meres, nisi te aliò negotia grauiora distrahe-  
rent, abriperent; imò quia in Ecclesia nostræ  
Congregationis Sanctorum Demetrii, &  
Bonifacij ea Pietas ergà Virginem Matrem  
promota est, crescitq; in dies, iure tibi pror-  
sus omni debetur in paruum magnæ tuę er-  
gà nostram Congregationem beneficentię  
authoramentum. Nolo te maioribus impli-  
catum curis, pluribus interturbare. Lege,  
& vale.





# DISCVRSVS THEOLOGICVS.



Raros olim Monachos Ordinis, & Instituti S. Basilij Magni Casariensis Episcopi veram hanc, & antiquam Effigiem S. Mariæ de Auxilijs ex Oriente in nostram Ecclesiã intulisse, fama vulgavit. Fama fidem adstruunt circumducta, quæ leguntur verba, **NEMO EST, QUI LIBERETVRA MALIS, NI-**

**SI PER TE, O PVRISSIMA VIRGO.** Næc enim attentissimè mihi legenti Mariale S. Germani Patriarchæ Constantinopolitani Encomio in **Zonam B. Mariæ Virginis**, occurrerunt.

2. Verùm quia olim Ferdinandus V. cognomento Catholicus, Castellæ, Aragonum, &c. ac huius Regni Pientissimus Rex Virginem Purissimam, seu Puritatis, Virginem sanctè, & immaculatè conceptam piè appellare consueverat, vt patet ex quadam eius epistola, quam refert Armamentarium Seraphicum in Regeſtro fol. 713. haud dubium mihi est, Antiquam hanc Effigiem in honorem Immaculatæ Conceptionis veneratos olim fuisse Gracæ Ecclesiæ Patres, &

*Aug. de Angelis.*

A

Do.

## DISCVRSVS

**2.** Doctores, quorum præclarissimis sententijs, cū Latinorum etiam Patrum celebriores quædam accesserint, congruum numerum Sanctorum Patrum impleui, adscribentium summam post Deum Puritatem Sanctæ, & Diuinæ Dei Genitrici; ratus me Deo, Beatissimę Virgini, Pijs omnibus romæ sacrorum pergratissimam.

**3.** Vt ergo cōsuetæ breuitate in materia cæteroqui amplissima propositum Thema perstringam, video mihi necessariò sequendam esse methodum, quam olim S. Augustinus in alia materia disputaturus seruauit; habet enim lib. 1. contra Iulianum cap. 1. *Quidem omnium de hac re Sanctos, nec omnes eorum, quos commemorabo, me congregaturum esse pollicor, quia nimis longum est, & necesse esse non arbitror, sed ponam pauca paucorum, quibus nostri Contradictores cogantur cedere.* & lib. 2. de Prædest. Sanctorum cap. 19. *Puto eie, qui de hac re sententias traditorum requirunt Sanctos, & in Fide, & Doctrina Christiana laudabiliter diffamatos viros Cyprianum, & Ambrosium, quorum tam clara testimonia possumus, sufficere.* & infra; *Sed his duobus, qui sufficere debuissent, Sanctum Gregorium addamus & Tertium.*

**4.** Quamuis ergo inxtà seruatam à D. Augustino methodum, tres vel paulò plures mihi sufficerent ad euincendam Sanctitatem Immaculatę Conceptionis Marianę, præsertim cū teste Domino in Euangelio, in ore duorum, vel trium stet omne verbum Math. 18. Quia tamen Sanctorum Patrum constipata Pietas, & Authoritas magnum pondus addit Pię sententię, intelligo meas esse partes, congruum numerum veterum Sanctorum Patrum, & eorum Propositiones omnino Cætum afferre, quibus vel formalibus terminis clarè, & expressè, vel æquivalentibus affirmât, Beatam Virginem immunem fuisse, & exemptam à generali humani generis ruina, & casu peccati originalis.

**5.** Dixi vel formalibus terminis, vel æquivalentibus, quia necesse non est, hanc in terminis formalibus clarè, & expressè, Beata Virgo est concepta sine peccato originali, asserre.

Pri-

6. Primò, quia neq; eius affirmatiua, & contradictoria adducitur in terminis formalib' clarè, & expresse, sed vel in terminis formalibus, vel æquivalentibus, vt videre est apud Bartholomæum de Spina in Traët. de Veritate Conceptionis, par. 6. cap. 35.

7. Secundò, quia neq; D. Augustinus probaturus ex scripturis, Paruulos contrahere peccatum originale, adducit in terminis hanc Propositionem, *Paruuli cōtrahunt peccatum originale*, sed solum affert Propositiones illi æquivalentes; *Paruuli baptizantur*, *Paruuli moriuntur*, ergo Paruuli contrahunt peccatum originale. Patent passim hæc, & similes Propositiones D. Augustini in libris contra Pelagianos, & præsertim contra Iulianum, per scriptis.

8. Tertiò, Patres Concilij Nicœni probaturi ex Scripturis contra Arianos; Filium Dei esse consubstantialem Patri, non adducebant in terminis formalibus istam Propositionem; *Filius est consubstantialis Patri*; sed æquivalentem; *Filius est Imago perfecta, & Splendor Patris*. Ad Heb. 1. *Qui videt me, videt & Patrem meum*. Ioan. 15. ergo Filius est consubstantialis Patri. Patet ex epist. Alexandri Episcopi Alex. ad Episcopos Catholicos.

9. Quartò, Patres Concilij Ephesini probaturi ex Scripturis, Beatam Virginem esse Matrem Dei contra Nestoriũ, non afferebant istam Propositionem in terminis formalibus claris, & expressis, *Beata Virgo est Mater Dei*, sed in æquivalentibus, *Beata Virgo est Mater Christi*. Math. 1. Constat autem Christum esse Deum Ioan. 1. ergo Beata Virgo est Mater Dei. Patet ex S. Thom. 3. par. quest. 35. ar. 4. in resp. ad primum.

10. Quintò, Patres Concilij Tridentini probaturi ex Scripturis, non sufficere Contritionem, sed necessariam esse Sacramentalem Confessionem ad dignè suscipiendam Eucharistiam, non adducebāt in terminis claris, & formalibus istam; *Sacramentalis confessio est necessariò præmittenda ad dignè sumendam Eucharistiam*. sed æquivalentem illam Apost. Aug. de Ange lis.

## DISCVRSVS

**4**  
**Roli 1. ad Corint. 14** *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat; Similiter ergo ad probandam Immaculatam Conceptionem ex Sanctis Patribus, non est necesse istam in terminis formalibus, & expressis afferre, Beata Virgo est concepta sine peccato originali; sed satis erit afferre vel formales, vel equivalentes enuntiationes.*

**11.** Sit ergo ad rem nostram; **Prima Propositio.** Omnes sunt mortui in peccatis dempta Matre Dei siue originalibus, siue etiam voluntate additis. Hanc primam propositionem pro Immunitate B. Virginis a peccato originali, & eius exceptione a generali lege illud contrahendi docuit S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis ad illa verba D. Pauli 1. ad Cor. 5. *Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.* ait ibi. *Omnes profus mortui sunt in peccato nullo profus excepto, dempta Matre Dei siue originalibus, siue etiam voluntate additis, vel ignorando, vel sciendo, nec faciendo, quod in sum est.*

**12.** **Secunda Propositio.** Innocens fuisti ab originalibus, & actualibus peccatis. Hanc habet S. Bernardus ser. 3. super Salve Regina. vbi loquens ad Virginem ait. *Turris es Libani, Libanus mons, qui dicitur dealbatio, altam pro omnibus signat innocentiam tuam; innocens fuisti ab originalibus, & actualibus peccatis; nemo ita prater te. vnde Auctoritas Augustini; Cum de peccatis agitur, nullam de Beata Maria volumus fieri mentionem, ex eo enim maiorem credimus ei collatam virtutem ad vincendum omnes ex parte peccatum, quia concipere, & parere meruit eum, qui nullum habuit omnino peccatum; ex omni, inquit, parte, hoc est ex parte originalis, & ex parte actualis peccatis; ea ergo sola excepta ceteri omnes, quid dicere possunt, nisi quod ait Apostolus Ioannes. Si dixerimus, quod peccatum non habemus, veritas in nobis non est.*

**13.** **Tertia Propositio.** In B. Virgine fuit Præseruatio ab originali labe. Hanc antiquissimus B. Raymundus lordanus, cognomento Idiota, qui vixit Anno Domini 902. asseruit in libro de Contemplatione B. Mariæ Virginis cap. 6.  
ad

ad illa verba, *Inuenisti gratiam*. vbi ait: *Inuenisti Virgo Maria gratiam calicem, quia fuerunt in Te ab originali labe Preseruatō, Angelica Salutatio, & Filij Dei Conceptio.*

14. Quarta Propositio. In B. Virgine fuit Sanctificatio naturalis remouens culpam originalem. Hanc habet S. Bernardinus Senensis in serm. de Conceptione B. Mariæ Virginis, vbi loquens de Triplici eius Sanctificatione, ait. *Tertia fuit Sanctificatio naturalis, & hæc remouet culpam originalem, & confert gratiam; hæc etiam remouet pronitatem ad peccandum tam venialiter, quàm mortaliter, & hæc fuit in B. Virgine Matre Dei.* Vbi per, *Tò remouens culpam originalem*, non intellexit S. Bernardinus, quod prius in B. Virgine fuerit originale, & deinde naturalis sãctificatio illud remouerit; quia t. 4. ser. 49. aperte declarat, Christum, & B. Virginem non cecidisse in aliquo peccato, & ideò non esse inclusos in illa regula generali, *Inter natos mulierum non surrexit maior*, nullus enim dicitur leuare se, seù surgere, qui non ceciderit.

15. Quinta Propositio. In B. Virgine fuit gratia præseruatiua contra sæditatem originalis culpæ. Hanc asseruit S. Bonauentura serm. 2. de B. Maria. *Dico igitur, quòs Domina nostra fuit gratia plena naturam præueniente, id est, gratia præseruatiua contra sæditatem originalis culpa, quam incurrisset ex corruptione natura, nisi speciali gratia præseruata, præuentaq. fuisset.*

16. Sexta Propositio. B. Virgo excipitur ab originali delicto. Hanc habet B. Laurentius Iustinianus libr. de Perfectionum Gradibus cap. 1. vbi ait. *Ab hoc quippè originali delicto nullus excipitur, præter illam, qua genuit Mundi Saluatorem.*

17. Septima Propositio traditur à D. Bernardo serm. 3. supracit. super Salue Regina. *Ego quoq. pia Fide opinor, in utero Matris tua ab originalibus te absolutam peccatis, nec vana est fides, nec opinio falsa. Deniq; & Authoritates, & Rationes inueniuntur ista stipulantes; & quidem ratio sic, si alij in utero matris fuerunt sanctificati, multò magis Tu Mater Do-*

*Domini: sed Hieremias, & Ioannes alter sanctificatus, alter Spiritu sancto repletus leguntur, ergo & tu Dei Genitrix Virgo, qua totam Spiritus sancti gratiam possedisti, quam alij per partes. Nil clarius, aut vberius poterat à S. Bernardo tam eximio ceteroqui Doctore, & Virginis amantissimo prædicari, aut dici.*

18. Octava Propositio. B. Virginem in suæ Conceptionis primordio à peccato originali speciali gratia Spiritus sanctus præseruauit. Hanc habet S. Bonauentura loco mox supra cit. *Credendum est enim, quod nouo sanctificationis genere in eius Conceptionis primordio Spiritus sanctus eam à peccato originali, non quod insuit, sed quod insuisset, redemit, atq. singulari gratia præseruauit.*

19. Nona Propositio. B. Virginis Puritas fuit ab originali segregatio. Hanc asseruit B. Albertus Magnus de laudibus Mariæ cap. 17 4. en verba. *Dicimus ergo, quod hæc puritas est ab originali, non dico distantia, sed segregatio, & ad primam lucem, quantum possibile est pura creatura, Deiformis approximatæ.*

20. Decima Propositio. B. Virgo fuit sine Vx originalis miseræ. Hanc asseruit S. Bonauentura in Speculo B. Mariæ Lect. 2. *Considerandum est, quod B. Maria fuit immunis non solum à triplici Vx culpa actualis, sed etiam à triplici Vx miseria originalis.*

21. Propositio vndecima. B. Virgo fuit immunis ab omni originali peccato. Hanc asseruit S. Ildephonsus Archiepiscopus Toletan. lib. de Virgin. & Partur. B. Mariæ Virginis. *Sed libet eximia Pietatis honorem vobis, & Quærens virtutis Beatissima Virginis prædicare, pudicitiam incorruptam, & incontaminatam, & ab omni contagione prima originis alienam.*

22. Propositio duodecima. B. Virgo fuit Concepta sine peccato originali, & non in peccato. Hæc habetur in Reuelationibus S. Brigittæ cap. 49. vbi B. Virgo introducit ad B. Brigittam sic de se locuta. *Veritas est, quod ego concepta fui sine peccato originali, & non in peccato. Vbi valde no-*

tan.

## THEOLOGICVS.

tandum est, Reuelationes S. Brigittæ fuisse approbatas in Bulla Canonizationis eiusdem à Bonifacio Papa IX. ab Urbano VI. à Martino V. & nuper ab Urbano VIII. à Concilijs Constantiensi, & Basiliensi; à quamplurimis Theologis viris doctissimis, præcipuè verò à Ioanne Cardinali de Turrecremata iussu Concilij Basiliensis.

23. Decimatertiam Propositio. B. Virgo nẽuo quouis, & labe caruit tam originalis, quàm actualis peccati. Hanc habet Ioannes Rophensis S. R. E. Cardinalis Eminentissimus, & inuictissimus Martyr lib. contrà Lutherum art. 17. *Et primum id ambiguum nemini esse potest quantum ad Gloriosam Dei Genitricem, quæ nãuo quouis, & labe caruit tam originalis, quàm actualis peccati.*

24. Decimaquarta Propositio traditur à S. Thoma in 1. dist. 3. q. 44. ar. 3. ad 3. *Puritas intenditur per recessum à contrario, & ideo potest aliquid creatum inueniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, & nulla contagione peccati inquinatum sit; & talis fuit Puritas B. Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit; fuit autem sub Deo, in quantum erat in ea potentia ad peccandum.*

25. Decimaquinta Propositio. In B. Virgine incendium originale extinguitum est; asseritur à Sancto, & antiquissimo Episcopo Cypriano orat. de Christi Natiuit. vbi per excessum exaggerans B. Virginis Puritatem, eamq; asserens cum alijs communicare natura, non culpa, à communibus iniurijs fuisse immunem, subdit dicens. *Spiritu sancto obumbrante incendium originale extinguitum est.* Et quidem S. Cyprianum loqui de extinctione peccati originalis præseruatione, seu de peccato originali, non quod insuit, sed quod insuiset, circumstantia locutionis ostendit, ibi enim S. Cyprianus ex instituto probat, eam fuisse immunè à communibus iniurijs, & à culpa communi, à qua nõ fuisset immunis, si vel in vno instanti habuisset peccatum originale.

26. Decimasexta, est S. Bonauenturæ in opusc. meditationum Medit. feriæ secundæ ad Nonam; vbi habet

Ma-

*Maria mirabilem Conceptionem sine iniquatione*

*Maria mirabilem Educationem, in Templo Oblationem,*

Si ergo per D. Bonaventuram Marię est mirabilis Conceptio sine iniquatione, ergo est sine peccato originali, quod esse Animę iniquationem, & contaminationem, nullus ambigit.

17. Decima septima est D. Anselmi lib. de Conceptione B. Marię Virginis cap. 3. *Si igitur Hieremias, qui erat in Gentibus prophaturus, in vulua est sanctificatus, & Præcursor Domini Ioannes Spiritu sancto in utero matris est repletus, quis dicere audeat totius sæculi Propitiatorium mox in sua Conceptionis exordio Spiritus sancti gratia illustratione, fuisse destitutum? Stante verd Scriptura, ubi Spiritus Domini, ubi libertas; à seruitute igitur peccati libera fuit, qua olim Propitiatori aula, in qua, & ex qua personaliter homo fieret, Spiritus sancti presentia, & operatione construebatur. B. igitur Virgo, quia aula fuit Christi Propitiatoris, libera fuit peccati mox in suę Conceptionis exordio, & consequenter in momento, seu in stãti suę Conceptionis fuit sine peccato.*

18. Decima octava asseritur à B. Raymundo lib. Contemplat. B. Marię Virg. cap. 2. ad illa verba Cant. 4. *Tota pulchra es, &c. Tota pulchra es, à plusquam gloriosa Virgo Maria, tota pulchra es in anima per virtutum, & charismatum omnium perfectam pulchritudinem, tota pulchra es in tua Conceptione, ad hoc effecta, ut Templum esses Dei Altissimi, sed Beatam Virginem esse totam pulchram in sua Conceptione, nihil aliud est, quàm excludere omnem turpitudinem peccati, præsertim originalis, quod sicuti est peccatorũ, ita turpitudinum omnium radix, & origo, ergo.*

19. Decimanona est S. Vincentij Ferrerij serm. 2. de Natiuit. B. Virg. ubi ait; *Ided sit festum de eius Conceptione, quia facta est Lux, id est Sanctificatio in ea, & statim Angeli in celo fecerunt festum Conceptionis, sed festum non est, nisi de sanctitate, ex D. Thom. 3. par. q. 27. art. 1. ergo cum Angeli in Cælo fecerint festum Conceptionis B. Virginis, hæc proculdubio*



bio fuit Sancta, & immunis à peccato originali.

30. Vigesima Propositio. Sola non in peccatis concepta est B. Virgo. Hanc docuit antiquissimus S. Isidorus Archiepiscopus Thessalonicensis in suo Mariali orat. 2. de Ingressu Immaculatissime in Sancta Sanctorum. *Decerat etiam illius congressum, qui concipiende Virginis causa fuit, primordiale, & antecedentem causam non esse aliam, quàm Dei congressum, ut qua fieri posset sola purissima propheticum illud cui scire posset, in iniquitatibus conceptus sum, possetq. de se ipsa asfirmare, solam non in peccatis concepit me mater mea.*

31. Vigesima prima. De peccatoribus nata est, licet sine peccato concepta. Legitur in Revelationibus S. Brigittę lib. 5. cap. 4. *De Radice Adę processit, & de peccatoribus nata est, licet sine peccato concepta, ut Filius Dei nascatur sine peccato.*

32. Vigesima secunda est S. Anselmi libr. de Concept. B. Marię Virg. cap. 8. *Et certè ut ad hanc excellentiam pervenires, in utero matris tuę Purissima oriebaris, sed B. Virginę oriri Purissimam in utero Matris suę, est eam oriri, & concipi sine peccato originali, quod est originalis impuritas, ergo B. Virgo concepta est sine peccato originali.*

33. Vigesima tertia ponitur à S. Vincencio Ferrerio ser. 2. de Natiuit. B. Virginis ad illa verba, *Fiat Lux. Ne credas, quodd fuerit sicut in nobis, qui in peccatis concipimur, sed statim ac anima fuit creata, fuit sanctificata; sed animam B. Virginis fuisse statim creatam, statim sanctificatam, importat, nullum habuisse peccatum; neq. enim sanctificatio supponit peccatum, aliàs non verè diceretur in Apoc. c. 22. Qui sanctus est, sanctificetur adhuc, ergo B. Virgo in sui Creatione, & Conceptione fuit Sancta, & sine peccato originali.*

34. Vigesima quarta est S. Maximi serm. de Assumpt. vbi habet, *Ex radice vitiosa sine vitio prodijt Virga, qua intelligitur B. Virgo Maria, attestante Isaia, qui dicit, Exijt Virga ex Iesse; sed B. Virginem prodijisse sine vitio, est prodijisse sine peccato originali, quod esse nature vitium, docuit S. Au-*

*Aug. de Angelis,*

B

gu.

gustinus lib. 3. contra Iulianum cap. 19. ergo B. Virgo concepta est sine peccato originali.

35. Vigesimaquinta. Proprietas Marianæ Conceptionis est, esse sine Corruptione. Ponitur à B. Alberto Magno in Biblia B. Mariæ Virginis, cui ille accomodat, & applicat librum Ecclesiasticis, ubi ait. *Ipsa etiam est Stella vni Solis sine corruptione regenerata, & hoc exprimitur sua Conceptionis Proprietas*; Proprietas ergo Marianæ Conceptionis est, regenerari sine corruptione, sed nomine regenerationis venit infusio gratiæ Sanctificantis, vt Schola docet, & nomine corruptionis peccatum originale intelligitur: ab eo enim dicitur natura humana corrupta, vnde D. Augustinus lib. 6. contra Iulianum cap. 10. vocat Adæ originale peccatum præuariationis corruptionem, ergo Proprietas Marianæ Conceptionis est, esse sine originali; & quia Proprietas omni temporis instanti competit subiecto, cuius est proprietas, carētia peccati originalis semper, & omni temporis instanti conuenit Marianæ Conceptioni.

36. Vigesima sexta. B. Virgo nunquam peccauit. Est S. Vincentij Ferrerij serm. 1. de natiuit. B. Virg. ubi ait. *Quæ de Virgo fuit sanctificata, nullus hominum sciuit, sed Angeli sciuerunt; O quale gaudium fecerunt; ratio est, quia dixit Christus in Euangelio, Gaudium est in cælo super vno peccatore, ergo quanto magis super Virgine Maria, quæ nunquam peccauit?* Loquitur hic S. Vincentius de natiuitate B. Virginis, & dicit eam nunquam peccasse, ergo intelligit nunquam peccasse originaliter, nam actualis peccati non erat capax, ergo B. Virgo in nullo instanti habuit peccatum originale in sui Conceptione, in qua solet originale peccatum contrahi.

37. Vigesima septima. B. Virgo fuit excepta à lege peccati, quando est à Deo condita. Afferitur à B. Laurentio Iustiniano in lib. de Casto Connubio Verbi, & Animæ cap. 7. ubi habet. *Quotquot enim ex ipsa nati sunt propagine, excepto duntaxat mediatore Dei, & Hominum Homine Christo*  
It.

*Iesu, & ipsius Matre, sub hac lege peccati sunt conditi; ergo B. Virgo non est condita sub lege peccati, sed est exceptuata ab illa. à qua etiam est exceptuatus Christus Dominus, sed per legem peccati venit peccatum originale, ut est inconfesso, ergo B. Virgo non contraxit originale in sui Conceptione.*

38. Vigesima octava est S. Bonaventuræ ser. 2. de B. semper Virginæ Mariæ, vbi ait. *Omnes sanctificatos in ventre præcessit, quia nulli unquam peccato obnoxia fuit. sed nulli peccato, & nunquam fuisse obnoxiam, importat in nullo instanti suæ vitæ contraxisse, aut habuisse originale, aut aliud quodcumq. peccatum, ergo B. Virgo est concepta sine peccato originali.*

39. Vigesima nona. *B. Virgo fuit miraculosè concepta, ita ut à nullo illustrium vincatur.* Est B. Alberti Magni in laud. B. Mariæ cap. 165. sed B. Virginem fuisse miraculosè conceptam, & à nullo illustrium vinci, est eam fuisse conceptam, sine peccato originali, in quo concepti sunt Hieremias, & S. Ioannes Baptista, de quorum miraculosa Conceptione, tãquam de Conceptione minus illustrium loquitur Magnus Albertus ibi, ergo Beata Virgo fuit concepta sine peccato originali.

40. Trigesima est S. Anselmi libr. de Concept. B. Mariæ Virginis cap. 9. vbi ait. *Quam sibi Matrem elegit ad mundo subueniendum, ipsa omnium saluandorum ineffabilis Dei misericordia dicere morte peccati, qua diaboli inuidia intravit in orbem terrarum, in suo Conceptu prægrauari, animus euitat, intentio abhorret, lingua fateri non audeat.* Sed B. Virginem non prægruari morte peccati, quod intravit diaboli inuidia, importat, non fuisse infectam peccato originali in puncto, seu instanti suæ Conceptionis, quia peccatum originale intravit diaboli inuidia in orbem terrarum, ergo B. Virgo est concepta sine peccato originali.

41. Trigesima quinta est S. Ioannis Damasceni orat. 1. de Dormitione Deiparæ, vbi cum sibi obiecisset illud Ecclesiæ *Aug. de Angelis.*

facili, *Ante mortem neminem beatum dicas*, ait. *Abs te non à morte, sed ab ipsa Conceptione dictum est fore, ut Te Beatorum dicerent omnes generationes; quocirca non mors Te Beatorum reddidit, sed ipsa mortem exornasti.* sed *B. Virginé esse Beatam ab ipsa sua Conceptione, dicit, & importat, in sui Conceptione caruisse peccato originali, quod est impossibile, cum beatitudine, ut patet, ergo B. Virgo in sui Conceptione fuit expers originalis, aliàs non fuisset beata, nec potuisset dici beata.*

42. Trigesima secunda asseritur à S. Isidoro Archiepiscopo Hyspalensi in missa de natiuit. vbi ait. *Quæ Matrem seruauit à corruptelæ contagio. sinum cordis vestri mundet à doctore,* sed Deum seruasse *B. Virginem matrem suam à corruptelæ contagio, est seruasse à peccato originali, quod esse contagium apertè patet ex D. Augustino libr. 3. contra Iulianum cap. 19. Vides contagium transisse peccati de viro in feminam, ergo B. Virgo seruata, seu præseruata est à peccato originali.*

43. Trigesima tertia asseritur à S. Dionysio Alexandrino epistola illa sua luculentissima ad Paulum Samosatenum *Filius Dei matrem incorruptam à pedibus vsq. ad caput benedictam seruauit*; sed *B. Virginem fuisse seruatam incorruptam, & benedictam à pedibus vsq. ad caput, importat seruatum esse immunem à corruptione, & maledictione, quæ deriuat à peccato originali: & quidem à pedibus vsq. ad caput, idem est, ac dicere à principio vsq. ad finem vitæ, ergo in sua Conceptione, quæ est principium vitæ, B. Virgo immunitatis fuit ab originali.*

44. Trigesima quarta asseritur à S. Ioanne Damasceno orat. 1. de natiuit. *In fabricanda Virgine Gratia naturam præuenit;* sed *Gratiam præuenisse naturam in Virgine fabricanda, seu concipienda, est in ea fuisse Gratiam in instanti sue Cõceptionis, antequam posset aduenire peccatum, quod hic per naturam intelligit S. Ioannes Damascenus, ut etiam ad illud Pauli, *Fuimus & nos aliquando natura filij ira.* ad Ephesios*

hos 2. D. Augustinus per naturam peccatum originale intelligit, ait enim lib. 2. Hypognosticon. *Omnis naturaliter nascens natura filius ira rectè dicitur, quia natura est Protoplasti, qua prior in illo propter delictum iram Iudicis Dei in se suscepit*, ergo B. Virgo in sui Conceptione à Gratia praeuenta est, & per consequens immunis fuit ab originali, quod est cum gratia incompatible.

45. Trigesima quinta affertur à S. Vincentio Ferrerio serm. 1. de natiuit. B. Virginis ad illa verba Psalmi. *Adiuuabit eam Deus mane dilucidò, vbi ait. Inuenio sex horas, in quibus Deus sanctificauit creaturas; hora completorij, hora vesperearum, tertia hora meridiei, quarta hora tertiarum, quinta hora prima, qua est ortus Solis, & in Aurora. Hora prima, seu ortu Solis sanctificati sunt Ioannes, & Hieremias. B. Virgo sanctificata fuit in Aurora, quia non expectauit Deus nouum mensem, sed in eadem die, in eadem hora, qua creauit, sanctificauit B. Virginem*, ergo in nullo instati fuit B. Virgo cum peccato sine sanctificante gratia.

40. Trigesima sexta est S. Antonij de Padua ser. fer. V. Dominica Passionis ad illa verba Euangelij, *Cui autem minus dimittitur, minus diligit*, ait. *Aduertendum, quod hoc dicitur Saluatoris solum tenet de illis, qui ab huiusmodi debito fuerunt praeservati, sicut illi, qui fuerunt sanctificati in utero, de quarum numero est B. Virgo*; ergo B. Virgo fuit praeservata, & sanctificata in utero, ergo seruata à peccato originali, quod nomine debiti venit hic, nam Ecclesia in hymno, *Emulter*, peccatum originale appellat debitum, camt enim ibi, *Ad debitum soluens*, id est, delens peccatum originale.

47. Trigesima septima est S. Fulberti Carnotensis in sermone de Beata Maria, vbi loquens de Beata Virgine à Spiritu sancto singulari munere repleta, dum concipiebatur, ait. *Nunquid absuisse credendus est Spiritus sanctus ab ista eximia puella, quam sua abumbrare disponebat virtute?* si ergo Spiritus sanctus non absuit à B. Virgine, dum conciperetur, ergo in sui Conceptione libera fuit à pecca-

eo originali; nam ubi Spiritus Domini, ibi libertas à seruitute peccati.

48. Trigesima octaua. Afferitur à S. Ioanne Damasceno brat. 1. de Dormit. Deiparæ. *Spiritus sancti vis sanctificans B. Virginem prærigauit*, sed vim sanctificantem Spiritus sancti B. Virginem prærigasse, est præseruasse à peccato originali, quod quia solet contrahi, dum anima corpori vnitur, & infunditur, conficitur, vt in instanti Conceptionis B. Virgo fuerit à peccato originali præseruata.

49. Trigesimanona est S. Sophronij, quem adducit Sanctus Fulgentius Episcopus Ruspensis in sermon. de duplici Christi natiuit. *B. Virgo idè dicitur immaculata, quia in nullo corrupta*, sed B. Virginem in nullo fuisse corruptam, importat, nullum habuisse peccatum, præsertim originale, à quo omnis corruptio, à quo natura humana dicitur corrupta, ergo B. Virgo non contraxit originale, aliàs non verificaretur, quòd in nullo fuerit corrupta.

50. Quadragesima est S. Antonij Archiepiscopi Florentini tom. 4. c. 1. §. 1. ad illa verba, Hortus conclusus, fons signatus. *Hortus fuit B. Virgo, in quo fuerunt floris Sanctorum desideriorum, & omnium odorem virtutum; Conclusus dicitur, quia nullo doli aditu à diabolo ingredi potuit*. sed nullo doli aditu diabolus potuisse in B. Virginem ingredi, non solum importat, non contraxisse, sed nec potuisse contrahere peccatum originale, quod certum est, diaboli inuidia, & dolo intrasse in orbem terrarum, humanum Genus infecisse, ergo B. Virgo immunis fuit à peccato originali.

51. Quadragesima prima est S. Sabbæ in Mensis Græcorum die 3. Ian. ode 3. *Nemo, vt Tu Domina. inculpatus est aquæ, nec præter Te intaminatus quisquam, ò nemo nulli subiecta*; At neminem fuisse ita inculpatum, & intaminatum, vt fuit B. Virgo, importat in sua Conceptione caruisse originalis hoc est illi singulare, illiq; soli conuenit, præterea nemini, ergo in sui Conceptione fuit immunis ab originali; maxime quia dicitur nulli nemo subiecta, si enim originate  
con-

contraxisset, quomodo verificatur, nulli neq̄ esse subiecta; ergo B. Virgo in sui Conceptione fuit absq; neq̄, & macula peccati originalis.

52. Quadragesima secunda est S. Io. Damasceni in Menceis Græcorum die 22. Ianuarij. *Saluo Passercule nitidissime absq; vlla naui vel ombra*, sed B. Virginem esse nitidissimam, & esse non solum absq; neq̄, vt S. Abbas mox supra dixerat, sed etiam absq; vmbra neui, importat B. Virginem, nec vmbra quidem habuisse originalis, cum eam obumbraturus esset Spiritus sanctus, ergo.

53. Quadragesima tertia est S. Ioseph Confessoris in iisdem Menceis die 2. Ian. ode 5. *Saluo d cadētis mundi erētrix*, nulli vnquam culpa subiecta; sed nunquam fuisse, & nulli culpæ subiectam B. Virginem, importat, nullo vnquam peccato, & nullo temporis momento fuisse subiectam, ergo nō fuit subiecta peccato originali in instanti suæ Conceptionis, aliās non verificaretur, quod nunquam, quod nulli culpæ fuisset subiecta.

54. Quadragesima quarta est Sancti Vincentij Ferrerij serm. 2. de natiuit. *Lux dicitur illa benedicta generatio Maria, quia sine tenebra culpa facta est*, sed B. Virginem fuisse generatam sine tenebræ culpa, nihil aliud formaliter est, quàm esse conceptam sine peccato originali, quod venire nomine tenebrarum docet S. August. lib. 3. contra Iulianum ad illa verba Apostoli 1. ad Coloss. *Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum filij Dilectionis suæ*, ergo B. Virgo facta, seu cōcepta est sine peccato originali.

55. Quadragesima quinta est S. Antiochi hom. 21. *Nullo possibile est ad suā virtutis fastigium peruenire, nisi presidio iuuetur, & erga Deum Caritatis, & animi de se quā modestissime sentientis iuxta testimonium Deipara omni laudē genere celeberrima, nulli obnoxia vitio*. sed B. Virginem nulli fuisse obnoxiam vitio, importat peccato originali non fuisse obnoxiam; nam nomine vitij peccatum originale venire do-

docet S. Aug. lib. 3. contra Iulianum, vbi dicit, humanam naturam non fuisse cum vicio creatam, sed humanæ voluntatis arbitrio vicio fauciãtam; vbi certum est à D. Augustino nomine vitij originale peccatum intelligi.

56. Quadragesima sexta est S. Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis orat. 2. in ingressu Immaculatissimæ in Sãcta Sanctorũ. *Nullius autem criminis labe nemo similior Christo, quàm purissima Virgo; oportebat enim magis alijs omnibus assimilari Filio Matrem.* Tum sic. Nemo fuit similior Christo quantum ad nullius criminis labem, quàm B. Virgo, sed Christus fuit immunis ab originali in sui Conceptione, ergo etiam B. Virgo in sui Conceptione fuit immunis ab originali, licet diuerso modo, quia ille fuit Deus, & conceptus de Spiritu sancto, non sic B. Virgo.

57. Quadragesima septima est B. Amedei Lausanensis Episcopi hom. 7. de laudibus B. Marię Virginis, vbi loquens de supernis Ciuibus B. Virginem in Cœlorum sublimia excipientibus, ait. *Mirantur illi animam meriti singularis exutam æterna labe, nullam carnis, aut sæculi maculam habere; mirantur exatam artubus gratia totius puritatis candere, sed B. Virginem fuisse exutam æterna labe, est, caruisse peccato originali, sicuti nullam carnis habuisse maculam, est caruisse peccato actuali, ergo B. Virgo fuit immunis à peccato originali, non nisi in puncto, & instãti Conceptionis suę, quãdo solet talis macula contrahi, ergo B. Virgo concepta est sine peccato originali.*

58. Quadragesima octaua, nona, quinquagesima, & quinquagesima prima est S. Theodori Confessoris orat. in natiuit. B. Marię Virg. vbi habet loquens ad B. Virginem. *Aurum confectum ex auro vas, quam nulla delicti labe infecti: Aus liber, quem nulla excogitabilis corruptela commaculat: Aus Codex nouus, quem nulla prorsus attingit corruptio: Aus Aurum mundum, nullam habens nequitia labem;* Igitur Beata Virgo non est infecta vlla delicti labe, vlla excogitabili corruptela, vlla corruptione, vlla nequitia labe, sed hisse termi-  
nis



ab negativis vniuersaliter distribuentibus denegatur. *Beata* Virgini omnis macula, omnis corruptio, omnis corruptela, labes, & nequitia omnis, ergo denegatur. A S. Theodoro peccatum originale, quod esse hominis libere corruptionis, corruptelam, nequitiam, nullus ambigit.

59. Quinquagesima secunda est S. Vincentij Ferreris, serm. 1. de nativitate Beate Virginis. *Quando corpus Beate Virginis fuit perfectè organatum, & anima illi coniuncta per creationem, Altissimus sanctificavit tabernaculum suum.* Tum sic. Anima S. Virginis est tabernaculum Altissimi ex communi sensu Sanctorum Patrum; sed hoc sanctificavit Deus, quando fuit eius corpus organatum, & anima illi coniuncta per creationem, seu Conceptionem, nomine enim Conceptionis hic non venit, nisi animæ infusio, seu unio ad corpus perfectè organatum, ergo in instanti Conceptionis B. Virgo fuit immunis à peccato originali.

60. Quinquagesima tertia est S. Bernardi serm. de nativitate Beate Mariæ Virginis, epistula est de Aquæ ductu ubi ait S. Bernardus; *Pura siquidem humanitas in Maria non modo pura ab omni contaminatione, sed & pura singularitate nature;* sed esse puram ab omni contaminatione, esse puram in singularitate nature, importat, illam habere originalem puritatem, seu puritatem naturalem, quam fuit Beatissima Virgo simul cum natura in instanti sua Conceptionis, ergo Beata Virgo in instanti suæ Conceptionis caruit impuritate originali, aliàs quomodo verificaretur, eam fuisse puram ab omni contaminatione, & fuisse puram in singularitate nature? ut ait S. Bernardus.

61. Quinquagesima quarta est B. Amedei Lausanensis Episcopi hom. 7. de laudibus Beate Mariæ, loquens de gloriosa eius Assumpt. *Et natus in gloria præstolantem se videt, sicut expers totius corruptelæ, sic immunis ab omni molesta de carnis habitaculo educta est, perenniter habitatura cum Christo;* sed non potest verificari, quod Beata Virgo fuerit expers totius corruptelæ, si habuisset originalem corruptelam,

Aug. de Angelis.

C

lam,

iam, quæ est omnia maxima, atq; principia, ergo Beata Virgo fuit experta corruptela originalis, ergo concepta est absq; peccato originali.

62. Quinquagesima quinta est S. Epiphani; serm. de laudibus Beatæ Mariæ Virginis *Iuuenta est, quæ iugum nunquam experta est, quæ genuit vitulum; id est Christum. Quis est immaculata, quæ genuit Agnum Christum;* sed Beatam Virginem esse Iuencâ, quæ nunquã experta sit iugû, significat Beatam Virginem nunquam contraxisse peccatum originale, quod esse iugum docet S. Aug. lib. 3. contra Iulianum cap: 6. ita intelligens illud Ecclesiastici 40. *Grave iugum super filios. Ad id uia uentris de ventre matris eorum usq; in diem sepultura.*

63. Quinquagesima sexta asseritur à S. Thoma de Villanoua Archiepiscopo Valentino serm. 1. de Assumpt. ubi ait. *Nihil unquam alicui Sanctorum speciali privilegio concessum est; quod non à principio uita cumulatim profulgeat in Merita: Bæc Turris inexpugnabilis, quæ nunquam diabolo præstitit tributum, aut fidem; sed Beatam Virginem nunquã diabolo præstitisse tributum, aut fidem, est, in nullo temporis momento, aut breuissima morula suæ vitæ contraxisse originale; quo sit homo tributarius diabolo, eiq; fidem præstat; et go ex mente S. Thomæ de Villanoua Beata Virgo vel in breuissima morula suæ Conceptionis non habuit originale.*

64. Quinquagesima septima est S. Fulgentij Episcopi Ruspensis Oratio de Officiâ Mariæ ubi ait. *Nullum nouit contagium Virginis conscientia. sed nullum nouisse contagium, est non contraxisset originale, quod contagium appellauit Sanctus Augustinus lib. 3. contra Iulianum, ergo Beata Virgo in sui Conceptione non contraxit originale.*

65. Quinquagesima octaua asseritur à Sancto Germano serm. de Present. ad illa uerba, Gloriosa dicta sunt de te, ubi ait. *Maria est nulli prorsus culpa affinis. Et castissima. Deipara. sed si contraxisset originale, non fuisset nulli pro-*  
sus

las culpa affinis, quia fuisse affinis culpa originali, ergo B. Virgo fuit sine peccato originali.

66. Quinquagesima nona est S. Hieronymi ad illa verba Psal. 77. *De duni si illa in nube diei, vbi ait. Nubes est Beata Virgo, que pulchre dicitur nubes diei, quia non fuit in tenebris, sed semper in luce;* sed Beata Virginem nunquam fuisse in tenebris, dicit, non habuisse in vilo instanti peccatum originale, quod venire nomine tenebrarum docet S. Augustinus lib. 3. contra Iulianum, ita intelligens illa verba Apostoli ad Colof. 1. *Qui eruit nos de potestate tenebrarum,* ergo Beata Virgo nunquam, & in nullo vel premissimo instanti habuit peccatum originale.

67. Sexagesima est S. Leonis Pape sermo de natiuit. Christi. *Oportuit enim, ut primam Genitricis integritatem nascens incorruptis custodiret, & complacitum sibi claustrum pudoris, & sanctitatis hospitium diuina Spiritus virtus infusa seruaret;* sed quod nascens incorruptio, quæ est Christus, seruaue- rit in B. Virgine primam integritatem, nihil aliud est, quam quod preseruauerit ab originali, per quod solet homo, de- perdere primam integritatem, seu primam innocentiam, ergo B. Virgo non contraxit, in sui Conceptione peccatum originale.

68. Sexagesima prima est S. Petri Damiani S. R. E. Car- dinalis, & Episcopi Hortiensis in sermo de Assumpt. *Beata Virgo maculas Adæ non admisit, sed non admisisse Adæ ma- culas, est formalissime non admisisse peccatum originale,* quod esse Adæ maculam, nemo est, qui queat inficari, ergo B. Virgo non admisit peccatum originale.

69. Sexagesima secunda est S. Thomæ Aquinatis expli- catione in Psalm. 14. *Sed in Christo, & Maria nulla omnino culpa fuit, sed in Christo non fuit peccatum originale, ergo neq; in Maria.*

70. Sexagesima tertia est B. Laurentij Iustiniani in Fa- sciculo Diuini Amoris cap. 7. *Nemo ab ipso mundi initio ad ipsam plenitudinem temporis, eussit iugum dominationis ad-*

*bolica, duntaxat creditur.* Et *ita Genesius. exceptis* sed euadere iugum dominationis diabolicæ, esse esse immunitatem à peccato originali, nam per originale peccatum homines fuerunt sub iugo dominationis diabolicæ, ut ibi explicat B. Laurentius, ergo Beata Virgo, & Christus fuerunt immunes à peccato originali; illa quidem per Christi salutis gratiam, hic verò per naturam, quia Dei filius.

71. Sexagesima quarta asseritur à Sancto Iudephanso lib. de Virg. & Partur. Beatæ Mariæ Virginis. *Gemitus & corruptio in partu semihurum nonnisi ex delicto, & ex maledictione prima originis virtutibus; Maria autem in totum extranea fuit à maledicto prima damnationis.* Sed *veritas Beati* Virginem extraneam à maledicto primæ damnationis, est eam immunem fuisse à peccato originali, quod vel venit nomine maledicti, vel habet maledictum pro pœna sibi debita, & inseparabili, ergo Beata Virgo fuit immunis, & extranea à peccato originali.

72. Sexagesima quinta. *Beata Virgo fuit sine peccato omnibus hominibus conuenienti.* Asseritur à Beato Alberto Magno in laudibus Beatæ Virginis ep. 59. sed *ut omnibus hominibus conueniens est peccatum originale, quod à Diuo Augustino libr. 3. contra Iulianum cap. 18. appellatur peccatum commune, ergo Beata Virgo fuit sine peccato originali.*

73. Sexagesima sexta est S. Germani Patriarchæ Constantinopolitani oratio in Præfent. *Super immaculatam, & super purissimam, am vniuersæ parte Mortam descendit. Spiritus sanctus, sicut pluita in vellibus; sed esse immaculatam omni est parte, denotat in nulla temporis parte fuisse cum macula, vel aliquo peccato, ergo Beata Virgo in nullo instanti fuit cum peccato originali.*

74. Sexagesima septima est S. Athanasij Episcopi Alexandrini serm. de Sanctissima Deipara, vbi ait: *Dicimus igitur iterum, atq; iterum semper, & vniuersaq; Beatiſſimam, sed Beatam Virginem diuī semper, & vniuersaq; Beatiſſimam, est*

est diel in nullo temporis instanti, & omni parte suæ vitæ esse alienam à peccato originali, quod est impossibile, cum beatitudine, quæ in summo gradu, & omni ex parte reperitur in Maria, ergo Beata Virgo in nullo instanti suæ vitæ, & consequenter neq; in instanti Conceptionis suæ habuit peccatum originale, sed semper fuit ab illo immunis.

75. Sexagesima octava asseritur à S. Hieronymo serm. de Assumpt. *Bine gratia plena, quia cæteris per partes præstatur, in Maria fuit totius gratiæ plenitudo, quæ est in Christo, quâuis aliter.* sed in Maria fuisse totius gratiæ plenitudinem, quæ est in Christo, est, eam fuisse immunem à peccato originali, à quo fuit & Christus immunis, quâuis diuerso modo, ut supra est explicatum, ergo Beata Virgo fuit immunis à peccato originali.

76. Sexagesima nona est Sancti Casimiri Jagelloni in hymno de Beata Virgine. *Pulchra tota sine nota cuiuscumque macula.* sed Beatam Virginem fuisse pulchram totam, & sine nota cuiuscumque, & omnis maculæ, importat eam fuisse immunem à peccato originali, quod simpliciter, & per antonomasiam est, & appellatur macula, ergo Beata Virgo fuit experta maculæ originalis, alias non verificaretur, fuisse sine nota cuiuscumq; maculæ.

77. Septuagesima est Beati Alberti Magni serm. 15. de Annuntiatione Beatæ Mariæ Virginis, ubi ait. *Beata Virgo fuit mundissima ab omni labe vitiosorum.* sed nomine vitii, ut supra probavi ex Sancto Augustino lib. 3. contra Iulianum cap. 15. Venit peccatum originale, ergo Beata Virgo fuit mundissima à labe peccati originalis.

78. Septuagesima prima, est Sancti Ephrem Syri orat. de laudibus Mariæ. *Immaculata, intemerata, incorrupta, & præsertim prædicta ab omni sordide, & labe peccati alienissima Virgo Dei, & sponsa Domina noster, non fuit Beata Virgo immaculata, intemerata, incorrupta, nisi caruisset originali, & actuali peccato non fuit alienissima ab omni sordide, & labe pec-*



cati, sive in momento habuisset nedum originale, sed aliud quodecumq; vel leue peccatum, ergo Beata Virgo fuit experta omnino originalis, & ab originali alienissima.

79. Septuagesima secunda est Sancti Ioannis Damasceni in Mensis Græcorum die 22. Ianuarij. *O semper, & ubiq; inculpatisima Numinis Mater.* si semper inculpatisima, ergo in nullo instanti eum culpa; si ubiq; ergo etiam in utero matris suæ Annæ sine culpa originali, ergo Beata Virgo concepta est sine peccato originali, quod vel in minima morula habere nefas fuit, aliis non fuisse semper, & ubiq; inculpatisima.

80. Septuagesima tertia est Sancti Sabbæ in Mensis Græcorum die 1. Februarij, ode 1. *Propter Charismata, & Gratia dona, quæ Te ab omni nauo immanem fecerunt, manifeste digna fuisti tanti partus honore.* sed non esset facta immunis ab omni nauo, nisi fuisset præseruata à peccato originali, ergo.

81. Septuagesima quarta est Sancti Ambrosij, qui in fine Psalm. 118. ad illa verba, *Quære scriptum tuum, ait. Suscipe me non tædura, sed in Maria, ut incorrupta sit Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati, sed non potest verificari, Beatam Virginem esse incorruptam, & ab omni labe peccati integram, nisi afferatur immunis à labe peccati originalis, ergo Beata Virgo est immunis à peccato originali, non nisi in puncto immaculata sua Conceptionis, tunc malis instantibus esse immunem à peccato originali conuenit alijs Sanctis, quibus sine dubio eminentior est Maria, ergo.*

82. Septuagesima quinta est Sancti Iudephani Tolosani Archiepiscopi lib. de Virg. & Partur. *Beata Maria Virginitas. Nullas ascribenti Beatissima Matri contumelias intulisse, non gemitus, non dolores, non arummas, non ullas ulcorum, peccationes, nec ullas diuæ visitationis corruptiones, quia hæc omnia in prima origine illata sunt vindicta, & v. tribus vnde iustitia prima præuaricationis, à quibus omnibus Beata Virgo Maria quædam est libera à culpa, tantum sine dubio libera fuit à do-*

loribus, & pena: ergo iam Beata Virgo libera afferitur à culpa originali, & consequenter à pena illi debita.

83. Septuagesima sexta est Sãti Sabbæ in Menais Gregorum die 3. Ianuarij, ode 9. *Tu è macularum omnium semper expers ligno vita simillima, non aliam nobis fructum genuinasti, quàm Christam, qui omnibus ad vitam aperit aditum.* Afferitur Beata Virgo expers omnium macularum, ergo est expers peccati originalis, quod per autoqonamiam dicitur macula.

84. Septuagesima septima est Sãti Thomæ de Villanova ferm. 1. de Assumpt. vbi ait. *O quàm fortissima illa anima sacratissima, quàm nullis fraudibus, nullis impulsibus demon valuit expugnare; huius enim Castellì nunquam vel unam pinnam demon potuit obtinere.* Atqui obtinisset vnam Pinnam, si vel in vno instanti Conceptionis Marianæ peccato originali fuisset maculata Beata Virgo, Castello ibi à Sãto Thoma meritò comparata, ergo Beata Virgo in instanti suæ immaculata Conceptionis non contraxit peccatum originale.

85. Septuagesima octaua est Sãti Fulberti Carnotensis Episcopi in ferm. de Beata Maria, ait ibi. *Hoc igitur in primis adstruere fas est, quod anima ipsius, & caro, in qua elegit sibi habitaculum Sapientia Dei Patris ab omni malitia, & immunditia purissima fuit, testante Sapientia, quoniam in malevolam animam non intrabit Sapientia: sed nomine malitiæ, & immunditiæ comprehenditur peccatum originale, quod est omnis immunditiæ, & malitiæ origo, & capus, ergo Beata Virgo fuit purissima per carentiam peccati originalis.*

86. Septuagesima nona est Sãti Fulgentij ferm. de laudibus Beate Mariæ Virginis ad illa verba, *Aue Maria gratia plena,* ibi ait. *Cum dixit, Aue, Salutationem illi celestem exhibuit, cum dixit plena, ostendit ex integram esse exclusam primæ sententiæ, & planam benedictionis gratiam restitutam.* sed esse exclusam à Beata Virgine iram primæ sententiæ, importat, exclusam esse peccatum originale, quod venire non mi-

*Aug. de Angelis.*

in fine ita docet Sanctus Augustinus lib. 3. contra Iulianum ad illa verba Apostoli ad Ephesios 2. *Braxas natura filij ira.* ergo à Beata Virgine fuit exclusum originale. Atqui non est exclusum, quando est ab Angelo salutata, & in die Annuntiationis, aliàs esset nata in originali; neq. potest dici exclusum in die Natiuitatis, quia aliàs fuisset deterioris conditionis comparata eunt ceteris in utero sanctificatis, ergo fuit exclusum præseruatiuè in instanti suæ Conceptionis immaculata, ergo B. Virgo concepta est sine peccato originali.

87. Octuagesima est Sancti Bernardi sermon. 4. in vigilia Natiuitatis Domini ad illa verba, *Benedicta tu in mulieribus, vbi ait: O Beata sola inter mulieres benedicta, & non maledicta, sola à generali maledicto libera, & à dolori parturientium aliena.* sed Beatam Virginem fuisse à generali maledicto liberam, importat, fuisse liberam vel à peccato originali, quod venit hic nomine maledicti, vel à pœna propria peccati originalis, ergo Beata Virgo asseritur immunis à peccato originali, quia immunis à pœna propria eius peccati, quæ est maledictum, seu maledictio.

88. Octuagesima prima est Sancti Ildori Archiepiscopi Thessalonicensis Orat. 1. de Natiuitate supra omnem omnium Puræ Dei Genitricis. *Sicut in ea nihil demonstratum est eorum, quæ apud homines illaudata sunt, ita vnâ, & Angelis sanctiorem, & communi infortunio superiorem esse decebat.* sed Beatam Virginem fuisse superiorem, & non subiectam communi infortunio, dicit Beatam Virginem non fuisse subiectam peccato originali, quod commune peccatum appellat Sanctus Augustinus libr. 3. contra Iulianum cap. 18. & notum est, originale peccatum esse infortunium, & ruinam humani generis, ergo Beata Virgo in instanti suæ Conceptionis fuit immunis à peccato originali, quod incurrimus in instanti conceptionis.

89. Octuagesima secunda est Sancti Ioannis Damasceni Orat. 2. de Dormitione Deiparæ, vbi comparans Beatam Virginem terrestri Paradiso, ait. *Ad hunc Paradisum serpens*  
adi-



*aditum non habuit.* sed nomine serpentis venit hic diabolus, qui in forma, & specie serpentis olim in terrestri Paradiso primos Parentes decipiendo ad peccatum impulit, ergo si diabolus non habuit aditum ad beatam Virginem, non illa infecit veneno peccati originalis, per quod est aditus in animam, ergo **B** Virgo in sui Cōceptione nō contraxit originale.

90. Ocuageſima tertia est Sancti Petri Damiani homilia in Natiuitate Beate Mariæ Virginis ad illud Ezechiæ, Porta hæc semper erit clausa, ubi ait. *Beata semper clausa, quæ semper inhiſſa.* sed Beatam Virginem fuisse semper inhiſſam, & corruptam, & inhiſſam semper fuisse immunitem à corruptione, & consequenter à peccato originali, à quo tanquam à originali corruptione dicitur natura humana corrupta, eoampli Theologorum phraſi, & torulione, ergo Beata Virgo fuit immunitis ab originali corruptione in instanti sui Conceptionis.

91. Ocuageſima quarta est Sancti Iohannis Damasceni Oratio de Dormitione Beate Mariæ. *Quæ quidem peccatorum pessima, At ab illa, in qua peccati stimulus excutitur est, quid tandem dicemus, nisi mortem ipsam ad præstantioris uitam transiitum fuisse?* ergo in Beata Virgine fuit excutitus stimulus mortis, sed stimulus mortis esse peccatum originale, est certum, & patet ex illo Genes. 3. *In quocumque die comederis, morte morieris,* ergo Beata virgo caruit stimulo mortis, seu peccato originali.

92. Ocuageſima quinta est Beati Alberti Magni sermo mon. 38. in Natiuitate Beate Virginis ad illa verba, Orietur Stella ex Iacob, ubi ait. *Quare Beata Virgo comparatur Stellæ? In Stellarum natura magne esse munditie Virgo demonstratur, uerò Beata Virgo munda fuit, fuit enim claritas omnipotentis Dei sincera emanatio, ipsa ab initio, & ante secula emanauit à Deo, quia ad hoc ut fieret Mater Dei, prædestinata fuit ab æterno, & ideo nihil coinquinatum potuit intrare in illam, decuit enim, ut illa, quæ futuræ erat Mater Dei, sancta esset, & immaculata.* Ratiō igitur Magni  
A. de Angelis. D Al-

Alberto dicitur munda, at non posset dici munda, si contraxisset originale in instanti suæ Conceptionis, quia infans, cuius vnus diei vita est super terram, non potest dici mundus ratione peccati originalis ex Clemente Alexand. lib. 3. Stromat. ex S. Ambros. in cap. 1. Lucæ, ex S. Augustino enar. in Psalm. 50. ergo Beata Virgo caruit peccato originali in instanti suæ Conceptionis. Secundò dicitur immaculata, ita vt nihil coinquinatum in illam intrauerit; at si intrasset in illam peccatum originale, non esset immaculata, neq; posset verificari, quòd in illam nihil coinquinatum intrasset, ergo Beata Virgo omninò caruit peccato originali.

93. Oduagesima sexta est Sancti Antonini 4. tomo summi Summæ cap. 5. §. 1. *Per hunc modum Beata Virgo dicitur Ciuitas Dei, quia Deus semper possedit eam quietè, & sub perfecta obedientia;* sed Deum possedisse Beatam Virginem semper quietè, est non contraxisse originale peccatum, per quod anima non possidetur à Deo, sed à diabolo, vt docet Sanctus Augustinus lib. 3. contra Iulianum cap. 3. ergo Beata Virgo non contraxit peccatum originale.

94. Oduagesima septima est Sancti Germani Patriarchæ Constantinopolitani orat. in Presentat. Beatæ Mariæ, vbi ait. *Illis enim asseratur Virgo ab omni penitus macula aliena, qui virtutibus, & secundum Deum pro vna instituta renouantur;* sed esse penitus alienam à macula Beatam Virginem, importat, in omni casu, & quolibet instanti caruisse macula sine vlla limitatione, & restrictione, quia dicitur penitus, est præcisa, nullam limitationem admittens, vt in 2. l. ambiguitate; C. de usufructu. Barbof. dict. 249. ergo Beata Virgo à labe originali fuit aliena etiam in casu, & instanti suæ Immaculatæ Conceptionis.

95. Oduagesima octaua est Sancti Theophanis in Meneris Græcorum die 23. Februarij ode 4. *Beata Virgo est à cunctis sordibus incontaminata, & super omnes incipitosa inculpatissima Domina;* ergo est incontaminata à forde peccati.

peccati originalis, aliàs non ab omni sorde, ergo neq; in instanti sue Conceptionis contraxit culpam originalem, aliàs non fuisset super omnes inculpatus, & sanctificatus in utero inculpabilissima; has consequencias non negabunt, qui amant Dialecticam.

96. Octuagesimanona est Sancti Thomæ Aquinatis lection. 4. ad cap. 3. epist. ad Galatas obiter explicans verba Ecclesiasticis cap. 7. Virum de mille vnum reperi, *idest Christum, qui fuit sine omni peccato, mulierem autem non inueni: Exripitur purissima, & omni laude dignissima Virgo Maria*, ergo Beata Virgo fuit sine omni peccato, quia non venit nomine mulieris non inuentæ sine omni peccato, ergo Beata Virgo fuit sine omni peccato, ergo fuit sine peccato originali, aliàs non fuisset sine omni peccato, aliàs non fuisset purissima, & omni laude dignissima, & exceptuata; verba D. Thomæ hisce oculis ipsemet vidi in Editione Parisiensi Anno Domini 1541. Typis Ambrosij Girault.

97. Nonagesima est Sancti Theodori Confessoris, qui cognominatus est Nonus orat. de natiuitate Beatæ Virginis. *Auc lignum imputribile, qua ad peccandum prae corruptionis vermem non admittit*; sed hominæ prae corruptionis venire peccatum originale, nullus ambigit, ergo Beata Virgo non admisit in se peccatum originale; & quia asseritur lignum imputribile, nullo vnquam tempore, aut instanti potest illi putrefactio, aut corruptio originalis conuenire.

98. Nonagesima prima est Sancti Athanasij sermone de Sanctissima Deipara. *Qua de causa factum est, ut Gratia plena appellata sit, ut potè qua omni gratia abundas, idq; per superuentum Spiritus sancti*; sed non potest verè dici Beata Virgo abundare omni gratia, nisi habeat gratiam præseruatam ab originali, ergo Beata Virgo præseruata est à peccato originali speciali Dei gratia, & privilegio.

99. Nonagesima secunda est Sancti Ioseph Confessoris in Menæis Græcorum die 1. Ianuarij ode 1. *Ex sterili progreditur peccati sterilitas, purissima omnino Regina: Beata Virgo*.  
*Aug. de Angelis.* D 2 80

go non dicitur sterilis, sed sterilitas peccati; quod enim sterile est, potest aliqua ex parte esse fecundum, sicuti quod est album, potest aliqua ex parte esse nigrum, sed sterilitas non potest esse fecunditas, sicuti albedo non potest esse nigredo; cum ergo Beata Virgo sit sterilitas peccati, nullum omnino admittere potest in se peccatum, ergo præservata est à peccato quocumq. maximè originali, quod est peccatum fecunditas; virtute enim originale continet omnia peccata ex 8. Tho. 1. 2. q. 81. ar. 2. ad 1.

100. Nonagesima tertia est Sancti Theodori Confessoris oratio de Nativitate Beatæ Virginis. *Terra est Beata Virgo, in qua peccati spina non orta est*, sed spina peccati idem est, ac effectus, & pœna peccati originalis, iuxta illud Genes. 3. *Spinæ, & tribulos germinabit tibi*. ergo in Beata Virgine non fuit pœna originalis peccati, ergo neq. fuit peccatum; nam Divus Augustinus ex eo probat, in parvulis fuisse originale peccatum, quia in parvulis erat pœna, & sententia lata propter peccatum lib. 1. contra Julianum cap. 1. ergo à contrario, ubi non est pœna, & sententia lata propter peccatum, neq. debet esse originale peccatum; cum ergo in Beata Virgine non fuerit spina, quæ est pœna peccati originalis, neq. fuit originale peccatum.

101. Nonagesima quarta est Sancti Anselmi lib. de excellentia Beatæ Virginis cap. 3. ubi ait. *Nulli deniq. dubium est, castissimum corpus, & sanctissimam animam eius funditus fuisse ab omni macula peccati, ingi Angelorum custodia protectam, & pœna mulam, quæ suus, & omnium Creator Deus corporaliter inhabitavit, & ex qua hominem in sua persona omnino ineffabili servat operatione suscepturus*. Atqui non potest verificari, animam Beatissimæ Virginis fuisse funditus ingi Angelorum custodia ab omni peccati labe protectam, nisi eam fecerimus immunem ab originali peccato, ergo anima Beatissimæ Virginis fuit immunis à peccato originali.

102. Nonagesima quinta est Sancti Ioseph Confessoris ode 5.

ode 5. *Inquinatus ego turpitudine cogitationum, & homo inibi factus ob frequentia in leges diuinas delicta. Te perquam suppliciter oro, qua sola maculam in te omnem ignoras, vt te moueat miseratione mei;* sed Beatam Virginem solam ignorare omnem maculam, est, solam ignorare maculam originale in instanti suæ Conceptionis; nam nonnulli in natiuitate, vel paulò ante ignorarunt eam maculam, non in instanti conceptionis, vt Hieremias, & Sanctus Ioannes Baptista, ergo Beata Virgo in instanti Conceptionis suæ à macula originali præseruata est.

103. Nonagesima sexta est Beati Alberti Magni in suo Mariali de laudibus Beatæ Maræ & Virginis cap. 378. *De puritate in summo fuit hæc puritas Beatissimæ Virginis immediata post puritatem Christi.* sed puritas ex Sancto Thoma loco supracitato dicitur per recessum à contrario, id est à peccato originali, ergo si Beata Virgo post Christum habuit puritatem in summo, maximè recessit à peccato originali, ergo in instanti suæ Conceptionis præseruata fuit ab originali, aliàs non fuisset eius puritas summa post Christum, cum nonnulli alij recesserint ab originali paulò ante eorum natiuitatem.

104. Nonagesima septima est Sancti Theodori orat. de natiuitate Beatæ Virginis. *Aue illibata, omni reprehensione superior, ex qua Christus sincerus, & purus nequitia omnium reprehensionum purgator natus.* sed Beatam Virginem esse illibatam, & omni reprehensione superiorem, importat, nullum habuisse peccatum nec actuale, nec originale, à quo reprehensio derivat in animam, quæ vel actuali, vel originali peccato infecta sit, ergo Beata Virgo præseruata fuit à peccato originali.

105. Nonagesima octaua est Sancti Anselmi lib. de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis cap. 3. ubi agens de lite, & pugna, quæ est inter carnem, & spiritum orta ex peccato originali, ait. *Matrem, à qua talis lis tolleretur, mundam ab omni peccato esse decebat, aliter quo pacto illi summa puritati sano*  
*Aug. de Angelis. D 3 ro*

ro eius tanta coniumelione uiritar, et indifferenter quæ sub  
 hominis, esset Dei, & quæ Dei, hominis essent. Beata igitur  
 Virgo est munda ab omni peccato, ergo est munda ab ori-  
 ginali, maxime cum ab ea dicatur lis esse ablata, quæ erat or-  
 ta ex originali per S. Anselmum

106. Nonagesima nona est Sancti Augustini serm. 20. ad  
 Fratres de Brema de natiuitate Domini, ubi ait. *Quia uero  
 à corruptione liberandum erat, quia remedium, id est redemptum  
 redemptionis incorruptum esse debebat; propterea Maria ma-  
 ter electa est, & super omnes creaturas prelecta, omnibus  
 gratijs fecundata, et in uirtute, & gratia in utero repleta, ut  
 de mundissima matremundissimus filius nasceretur: & sicut  
 Filius in celo habuit Patrem immortalis, & æternum,  
 sic in terra habet matrem omni corruptione carnitum.* Tam  
 sic, Beata Virgo fuit in ventre repleta omni gratia, ergo ha-  
 buit gratiam preseruatiuam, alijs non omni gratia fuit re-  
 pleta. Beata Virgo caruit omni corruptione, ergo immunis  
 fuit à peccato originali, quod est radix omnis corruptionis.  
 Beata Virgo fuit mundissima mater mundissimi Filij, qui fuit  
 immunis ab originali, ergo & ipsa Beata Virgo fuit immu-  
 nis ab originali. Denique Beata Virgo fuit omnibus gratijs  
 fecundata, & prelecta ante omnes creaturas, ergo illi non  
 defuit gratia preseruatua ab originali, per quam dei uere  
 potest prelecta ante omnes creaturas, ergo iam à Sanctissi-  
 mo, & Doctissimo Augustino terq; quaterq; Beata Virgo  
 Maria immunis à peccato originali predicatur in breui-  
 clausula uerborum.

107. Concisa propositio est Sancti Ambrosij in cap.  
 11. Matia, & in serm. de Gabonitis. ubi habet. *Aux Virga.*  
*in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpa fuit.* hinc  
 est Sanctus Petrus Damianus homil. de natiuitate Beate  
 Marie Virginis. *Per sinceritatem boni operis distorta nodeff-*  
*tatis uicium non inuenit.* & idem Sanctus Ambrosius lib. 1.  
 de Virginib. *Virga est, uirgo, non curuatur, non inflectitur  
 in terram, ut in se ipsa radice ascedat.* Et quamuis ea uer-

ba Sancti Ambrosij in nouissimis exemplaribus nõ inueniatur, in antiquissimis tamen omninò leguntur, & ideò Sixtus Quartus in Bulla Com præexcellsa, approbando Officium Immaculatz Conceptionis compositum à Leonardo de Nogarolis, in quo ea verba leguntur, ea quoq. verba approbavit; Clemens VII. approbando Officium Immaculatz Conceptionis compositum ab Eminentissimo S. R. E. Cardinali Quignones, eadem verba approbavit. Iterum Sixtus IV. approbando Officium ordinatum à Bernardino de Buisis, nihil minus approbavit, & tanquam D. Ambrosij ea verba recognouit: inde fit, vt ea verba perinde se habeant, ac si Summus Pontifex repetitis vicibus ea enunciaffet, quia omnia nostra merito facimus, quibus autoritatem nostrã impartimur, l. 1. §. *sub neq. C. de veteri iure enunc.* Secundò, quia qui confirmat, dat, l. *lege obuenire, ff. de verb. signific. et l. affe, ff. de hered. inst.*

108. Verba S. Ambrosij Philippus Tertius Indiarum, Hispaniarum Rex Pientissimus, de Sanctitate Immaculatz Conceptionis optimè, & maximè meritis à tergo Imaginis Conceptionis Immaculatz sua manu scripsit, viuens deuotissimè coluit, moriturus Ioannæ de Pernesste Ducissæ de Villahermosa legauit. Refert Laurentius de Aponte testis oculatus in digress. ad cap. 1. Sapientiz.

109. Plura alia celebriora, & valde diffamata Sanctorũ Veterum Patrum, Augustini, Anselmi, & Bernardi præsertim testimonia libens prætereo hic, quia illa iusto volumini de eadem materia propediem in lucem publicam prodituro, oportunius referuo. sed ex altatis iam Pios Lector

110. Intellet primò, esse omninò luce vel ipsa clariora testimonia tanta Sanctorum, qui vno corde credunt, vna lingua fatentur à generali homani Generis clade, è durissimæ seruitutis iugo, à mortis, necisq. faucibus ereptam fuisse eam, quæ concipere, & parere meruit vni genitum à Patre, non enim, vt aiebat olim Augustinus in alia materia, scholasticos, auditoriales, aut nautas, tabernarios, retarios, coquos,

la.

lanios, aut alios de plebeia sece sellulariorum, aut de quali-  
cumq; sacerdotum turba in istam causam vocavi, sed viros  
doctissimos, sanctissimos, quos Ratio, & eruditio, Dignitas, Sã-  
ctitasq; commendant: non adduxi promiscui vulgi rumo-  
res, sed amoto turbarum, & populorum strepitu, Sanctissi-  
morum Patrum suffragiis Pia causa defensa est, de qua iam  
propitio Deo, populorum bene sapit etiam multitudo, in  
qua vsquequaq; plurimi, vbi possunt, quomodo possunt, si-  
cut diuinitus adiuantur, qua Festi celebratione, qua plau-  
su, & acclamatione solemnì, qua in dicta generali supplica-  
tione Vrbe tota, qua affabrè pictis vbiq; locorum emblem-  
matum trophæis, magnificentissimis sumptibus Pietatem  
erga Marianam Conceptionem prorsus Immaculatam,  
omniò sanctam promouent, protestantur. Et sanè si Epi-  
scopalis Synodus toto Orbe Christiano congregaretur, mi-  
rum, si tales possent illic facillè sedere tot, quia nec isti vno  
tempore fuerunt, sed fideles, & multi, excellentiores paucos  
dispensatores suos Deus per diuersas ætates, temporum,  
locorumq; distantias, sicut ei placet, atq; expedire iudicat,  
ipse dispensat. Hos itaq; de alijs, atque alijs temporibus,  
atque rationibus ab Oriente, & Occidente congregatos  
adduxi non in locum, quo nauigare cogantur homines, sed  
in libellum, qui facillè nauigare possit ad homines. Talibus  
post Apostolos Sancta Ecclesia Plantatoribus, Rigatori-  
bus, Pastoribus, Nutritoribus creuit, ideò Piam ab illis edo-  
cta sententiã de Conceptione Mariana prorsus Immaculata  
commendat.

113. Intelliget secundò, ideò à me Antiquos solummo-  
dò Patres adductos, qui multis sæculis antè ortam Contro-  
uersiam pronunciarunt, vt nemo possit dicere, perperam  
cuiq; vel aduersari, vel fauere potuisse; aut aliqua gratia, vel  
odio, vel fauore in vnã potius partem, quàm in alteram  
inclinasse; quod enim in Ecclesia Catholica inuenerunt de  
Sancta, & Diuina Dei Genitrice, tenuerunt; quod didicerunt,  
docuerunt; quod à Patribus acceperunt, hoc nobis filijs tra-  
di-



diderunt; non enim eius sum opinionis, & sensus, vt solum  
 in veteribus sapientiam reperiri, aut veritatem inclusam,  
 esse in veterum solum libris existimem: nam optime in  
 hanc rem monet Io. Carampel. in sua Theologia Fundam.  
 fundamento 3. sicuti Socraticis, Platonibus, Aristotelibus  
 fuisse acutiores, & oculatiores Thomas, Scotos, Molinas,  
 Suarez, Vasquios, cur non istis viuentes aliquos antepone-  
 re possit sinceritas nisi obligaretur reuerentia, & cautela?  
 pe dicatur excellentissimorum hominum iuvidere cineri-  
 bus, & solis coetaneis adulari, semel concessio, fuisse Veteres  
 nostri seculi hominibus equales, aut maiores ingenio, non  
 ideo sequitur fuisse aequales, aut maiores doctrina, facile  
 enim est inuentis addere, & ipsi perfregerunt glaciem, &  
 summo labore scientias paulatim promouerunt: At nos  
 hodie viris magnis succedimus, sumus conceptuum sele-  
 ctissimorum haeredes, & dum omnes legimus, & audimus,  
 & si essemus ingenio supares, doctiores dici deberemus.  
 Audi Clementem Papam Quintum, qui cum in Concilio  
 Viennensi decidens Controuersiam, an paruulis in Baptis-  
 mo conferentur habitus, & virtutes infusa, ita loquitur.  
*Not attendentes ad generalem essentiam moris Christi, quae  
 per Baptismum applicatur pariter omnibus baptizatis, opinio-  
 nem secundam, quae dicit tam paruulis, quam adultis conferri  
 in Baptismo informantem gratiam, & virtutes, tanquam  
 probabiliorum, & dictis Sapientum, & modernorum Theolo-  
 gia magis rationem sacra approbante Concilio duximus eli-  
 gendam.*

114 Quid? quando antiquorum Patrum consensus vna-  
 nimis non est, vel eorum sensus obscurus? consulendi sunt  
 magis moderati Doctores, qui eos vel concordent, vel expli-  
 cent, ne contingat, vt paruulis panem perentibus non sit,  
 qui frangat eis, vt erudite notat in suo Propugnaculo Theo-  
 logico art. 1. num. 9. doctissimus Dominus meus Ludouicus  
 Crespinus Episcopus, Praesentinus, Orator Extraordinarius  
 ad Alex. & H. a. Pientissimo Rege nostro Philippo IV. pro  
 Pia causa missus.

115. Audi Magnum Gregorium Papam lib. 36. moral. cap. 12. loquentem de modernis Doctoribus. *In virtute antiquorum Patrum, qui postmodum sunt, subrogantur, quia & cum annoſa arbuſta ſucciduntur, in eorum robore virgulta ſuccreſcunt.* Audi deniq; & S. Auguſtinum enarrat. in psal. 44. ad illa verba. Pro Patribus nati ſunt tibi filij. *Patres miſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtoliſ filij nati ſunt tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi; hodie enim Epiſcopi, qui ſunt per totum mundum, unde nati ſunt? Ipſa Eccleſia Patres illos appellat, ipſa illos genuit, & ipſa illos conſtituit in ſedibus Patrum: non ergo ſeputes deſertam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos, per quos nata es, de prole tua tibi erunt paternitas.* Quamvis ergo moderniores Doctores tantæ ſint in Eccleſia ſancta Dei authoritatis, & fidei; nihilominus Veterum tantummodo teſtimonia adducta ſunt hic, ne vel odio, vel grãtia in alterutram partem inclinãſſe viderentur ſanctiſſimi illi Eccleſiæ Catholicæ Patres, & Doctores.

116. Intelliget tertio, eadem de cauſa inter tot ſumma Theologorum capita Ioannem Scotum hic non eſſe adductum; neq; enim eius ſum opinioſis, & ſenſus, vt exiſtitem in aſſerenda immaculata Conceptione Ioannem Scotum, aut dubium heſiſſe, aut pauidum, & formidoloſum aſſenſum Pia ſententiæ præbuiſſe ex eo, quod cõditionatè, & per particulam, ſi, loquatur in ſuo ſcripto Oxoniẽſi in 3. d. 3. q. 1. *Quid autem horum trium, que oſtenſa ſunt, eſſe poſſibilia, ſi-ſum ſit, Deus nouit, ſi authoritatè Eccleſiæ, vii authoritatè Scripturarum non repugnat, videtur probabile id, quod exco-ſentius eſt, attribuere Maria. Nam*

117. Primo in eodem ſcripto Oxoniẽſi in 3. diſt. 18. §. hoc viſo, abſolutè, & reſolutoriè loquitur. en verba. *Eſt ibi etiam Beata Virgo Mater Dei, qua nunquam fuit inimica & equaliter ratione peccati actualis, nec ratione originalis, fuiſſet tamen, niſi fuiſſet præſeruata.*

118. Secundo, quia in ſcripto Pariſienſi, vbi eandem quæſtionem tractat, loquitur abſolutè, aſſertiuè, & reſolutoriè, vt patet legenti textum.

Ter-

119. Tertio, quia in 3. dist. 34. q. vnic. loquitur conditionatè, & per particulam, *scilicet*, quando ponit hanc Conclusionem, videlicet, Beatam Virginem concurrisse ad generationem Filij Dei: en verba. *Potesse dici, quod si ad Matrem pertinet agere, sicut ad causam minus principalem, Maria verè fuit Mater, quia tota illa actio sibi competeat, quae Matri debetur: & tamen pro comperto habet Schola, certam, & indubitatam Scoti sententiam esse, Matrem, & in specie Beatam Virginem adiuuè concurrisse ad generationem Filij.*

120. Quarto, quia Parisijs adhuc hodie legimus in Scoti sepulchro de cænatum illud elogium:

*Concepta est. Virgo primi sine labe Parentis.*

*Hic talis, hic hæresis prælia dura dedit.*

Vbi dictio, *hæresis*, non sumitur strictè pro damnata aliqua propositione, sed in laxiori significato pro opinione quacunque.

121. Quintò deniq. quia Ioanni Scoto ad bellum litterarium pro immaculata Conceptione proficiscens, & illis verbis oranti,


*Dignare me laudare te, Virgo sacrata,*

*Da mihi virtutem contra hostes tuos.*

Marmoræam Beatæ Virginis statuam caput inclinasse, cervicem flexisse, & in hæc figuræ forma Parisijs vsque hodie prospici in Templo Sanctæ Mariæ referunt *Lezana* in sua Apologia cap. 15. *Ferchius* in vita Scoti cap. 6. *Miranda* quæst. 22. fol. 527. *Portel*. in resp. moral. casu 32 n. 4. *Moren*. de purit. Virg. cap. 4. *Pineda* in Aduert. ad priuilegia Ioannis Regis. & quidem eo in conflictu Scotus agnomen Doctoris Subtilis pro vindicata à se sanctitate Immaculatæ Conceptionis gloriosissimè obtinuit.

F I N I S.

THE  
 ... ..  
 ... ..  
 ... ..  
 ... ..  
 ... ..  
 ... ..



... ..  
 ... ..

**IMPRIMATUR.**

... ..

**Horatius Maldacea Vic. Gen.**

**Neap.**

**Canonic. D. Mattheus Renzi V. L. D. Emi-**

**nentis. D. Card. Philamarinus Theolog.**

**& Consult. S. Off.**

... ..  
 ... ..  
 ... ..  
 ... ..  
 ... ..  
 ... ..

... ..